



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

96 Se & res suas non temere laudare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

ros. Hæc ille perpetuò contestabatur, hæc fugge-  
rebat, horum magister & auctor fuit.

## SIGNVM XCVI.

*Se, & sua  
non temere  
laudare.*

*SE, ET RES SVAS NON  
temere laudare.*

**L**AUS illa suauissima auditu est, que ab aliis proficisciatur; molestissima alijs est, quam quis sibi ipse tribuit. (*Xenoph.*) Notum est illud: *Ma-  
ta d e r e , p a u c a d e t e .* Hinc Cicero non omnibus placuit, cum post oppressum Catilinam siue siue in Senatu, siue in Concione, siue in iudiciorum ore Catilinam ac Lentulum habuit. (*Plat. in Cato*) Laudantur contra à Plutarcho *Aristides, & Ca-  
Mator*, quod modestia hac in re studuerunt. Tamen opus interdum est, ut nos nostris plausu-  
mus, cum vel defendere nos contra aliorum ci-  
uitia & calumnias cogimur, vel in calamitatibus  
miserias incidimus, vbi sepe commiseratio-  
get. Ut autem modestè, citraque inuidiam & con-  
fensionem illud fiat, hi modi obseruandi erunt.

1. Occasio ut calumniæ, atq; accusationes aliorum depellantur, quod animi magni & fortis.
2. Aduersæ res proferendæ maximè apre-  
gratos. Cum Themistocles ab Atheniensibus  
stidiri sese ac despici animaduerteret: *Quid  
quit, defatigamini, saepe ab eodem beneficio as-  
piendis, & tempestate oborta, sub arboreum  
confugitis, serenitate redditâ, inter digrediens  
frondes eius stringitis?*
3. Defensio adducenda, quando recte laudan-

- littere que facta culpantur. Neque enim exprobra-  
re hoc, sed defendere est. (*Cic. contra Metellum.*)
4. De sese dictis auditorum laus admisenda. *Modi retin-*
  5. *Commendandi nos per alios, quibus idem dendi, &*  
*studium, eadem actiones, iudicemus, mores sunt.* *amō iendā*
  6. Transferenda laus in aliū, ut Deum, seu gra-*i nuidiam*  
ciam Dei, non sibi arroganda.
  7. Corrigenda laus concessa, ac traducenda in  
alia.
  8. Nimia & adulatoria laus non admittenda,  
concedenda minora, maiora recusanda, proferē-  
dum studium, voluntas, conatus.
  9. Agnitio & confessio inter laudes, defectus,  
vitiorum, erratorum.
  10. Commōstrandum, laudem qualemcumque,  
paream acquisitamque esse multis laboribus atq;  
periculis.
  11. Laus propria referenda ad commodum au-  
ditorum, vt hi ad imitationem virtutum actio-  
num; præclararum excitentur. Sic Hector suas  
pugnas & facinora egregia apud Patroclum nar-  
rat, vt ad prælium illum inflammet, & nouem  
Heroes ad singulare cum Hectore certamen.
- Cyrus*, aliás modestus, in periculis ac prælijs  
de se magnificè loqui est solitus, vt timidos ani-  
maret.
- Et *Antigonus II.* cetera moderatus, cum qui-  
dam diceret, nonne vides quanto plures hostium  
sunt naues: *Me vero ipsum, inquit, quot na-*  
*ubus opponis?* (*Plut. lib. qua quis ra-*  
*tione seipsum citra inuidiam*  
*laudare posse.*)

(:)

Nn. 4

SIG.